


gato quatuor subtrahas : ita enim residuum exhibere numerum angulorum Rectorum, quibus omnes anguli figuræ datæ æquantur.

E. G. esto iterum prius Quinquāgulum  $ABCDEF$  : velimq; scire, anguli ejus quinque, quot Rectis respondeant. Sumtis 5. bis, habebis 10. deme his 4. remanebunt iterum 6. Anguli Recti pro angulis Quinquāguli quæsitis. Idem judicium esto de ceteris. Ratio autem hujus operationis facile ex Schemate apparet. Sumto intra figuram puncto quocunq;  $F$ , connexisq; cum eo punctis  $A, B, C, D, E$ , ut supra, erit totum Quinquangulum in quinque Triangula resolutum, quorum uniuscujusvis, (*per superiora*) anguli duobus rectis æquales sunt : atq; ideò erunt in quinque illis Triangulis 10. anguli Recti. Sed *per cap. IV.* Anguli quinque ad  $F$  punctum simul sumti æquantur quatuor Rectis : detractis ijs à 10. illis, remanebunt Anguli Recti 6. quibus æquantur anguli dati Triangulati à figuræ lateribus comprehensi.



Iterum ergò Omnes Anguli

	Trianguli.	Quadrang.	Quinquang.	Sexang.	Septang.	Octang.
<i>Laterum</i>	3um	4.	5.	6.	7.	8.
<i>quor. dupl.</i>	6.	8.	10.	12.	14.	16.
demptis quatuor						
<i>resid.</i>	2.	4.	6.	8.	10.	12.

Rectis æquabuntur.

CAPUT